

DN. VENDELINI  
**SCHELLING,**  
IVRECONSULTI CLA-  
RISSIMI, ACTIONVM ET EX-  
CEPTIONVM FORENSIVM, VTRO-  
que Iure, tam Ciuili quàm Pontificio  
proditarum, Explanatio diligens  
& Illustris.

*Cum Indice Rerum ac Verborum notatu digno-  
rum, copioso.*



COLONIAE AGRIPPINAE.  
Apud Ioannem Gymnicum, sub Mono-  
cerote. M. D. LXXXII.

Coll. Soc. I. I. S. V. Salm. ex dono Regum



AD LECTOREM CANDIDVM PHILIPPVS RHYNERVS,  
VTRIVSQUE IVRIS DOCTOR, ET  
Legum in Gymnasio Heydel-  
bergenſi Profefſor.



AE PENVMERO admiratus  
ſum, candide lector, excellen-  
tia illa & ſubacta priſcorum  
hominũ ingenia, quibus ſub-  
tiliſſima de rebus contentio-  
ſis diſſerẽdi iudicandiq; acri-  
monia contigerat, eam incur-  
riſſe perſuaſionem, vt pleriq; ipſorum exiſtima-  
rent, ſtatuas & imagines electro auroq; inhæren-  
tes, poſitasq; publicis in locis & itineribus colum-  
narum pyramides, veluti rerum præclare & for-  
titer geſtarũ indices, multò plus ad confequendã  
nominis immortalitatem, famæq; amplificandã  
autoritatem cõferre, quàm monumenta doctri-  
næ & eruditionis, omnemq; tum contemplatio-  
nem, tum virtutũ actionem literis & memoria  
mãdatam, quæ multis poſt ſæculis in omnium ho-  
minum ore & admiratione illæſa cõſiſteret. Ego  
verò ita non dubito, vt ea planè apud me ſenten-  
tia ſit conſtituta, beatã & glorioſam eos traduxiſ-  
ſe ætatem, qui in locupletanda variarum ſciẽtia-  
rum cognitione omnem poſuerunt operã, & eò  
contenderunt, vt quotidie nouis doctrinæ accel-  
ſionibus exorſas ſtudiorum telas operasq; perfe-  
ctiores conſtituerent, vitæq; breuitatem polteri-



# DN. VEN-

DELINI SCHELLING

IVRECONSULTI CLARISSIMI,

MI, ACTIONVM FORENSIVM

*utroque iure. tam Ciuili, quàm Pontificio,*

*prodixit, Explanatio diligens*

*& illustris.*



Vanquam tam iure Ciuili, quàm Canonico, hodiè non sit necessarium subtiles Actionum formulas exprimere in iudicio, tamen necessarium causam & modum agendi, & factum ita describere, vt iudex secundùm hanc descriptionem sententiam formare possit. ff. communi diuidendo. l. vt fundus. C. de fideicommissaria libertate. l. vltima. c. licet heri. de simonia, & c. examinata. & c. dilecti. ext. de iudicijs.

Duplices sunt causę Actionum Realium. Proximę, scilicet dominia, vel quafi. Remotę, sunt tituli, quibus dominia rerum acquiruntur. In Actionibus etiam sunt duplices, scilicet causę proximę, quę sunt obligationes. Remotę sunt contractus. In Actionibus realibus oportet causam propinquam exprimi: Dominium, vel quafi. In Actionibus personalibus oportet causam remotam exprimere. c. abbate sanè, de re iudic. lib. 6. l. siue possidetis. C. de probationibus.

Action est ius persequendi & c. vt in Instit. Definitio est salua, pertinens ad omnes Actiones personales & reales. Largè sumenda sunt verba huius definitionis. Similis habetur definitio. ff.

Λ

cod.